



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 48. Silentium in cœnobijs, Ecclesijs, aut templis, dormitorio, & cœnaculo, & claustro seruandum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

QVO IN LOCO TACEN-
DVM ET SILENDVM.

CAPVT XLVIII.

*Silentium in cœnobijs, Ecclesijs, aut templis,
dormitorio, & cœnaculo, & clau-
stro seruandum.*

*Cœnos-
bium
silentij
locus.*

PRimò, optimus locus silentij
est cœnobium, quantum enim
silentium seruatum sit in monaste-
rio Talennensi & in Aegypti mo-
nasterijs docuimus superiùs capit.
34. num. 1 de quibus locis, & simili-
bus dici meritò potest id, Ier. 8. 14.
*Quare sedemus? conuenite & ingre-
diamur ciuitatem munitam, & sile-
mus ibi. Quia Dominus Deus noster
silere nos fecit, & potum dedit nobis a-
quam fellis: peccauimus enim Domi-
no. Aquam fellis & amaritudinis
potum habent, qui cum Ezechia
dicunt. Isa. 38. 15. Recogitabo tibi o-
mnes annos meos in amaritudine ani-
me mee. Et cum Dauide Psalm. 101.
10. Cinerem tanquam panem man-*

ducabam,

ducabam, & potum meum cum fletu
 miscebam, à facie ira & indignationis
 tue. Quòd facere debent boni re-
 ligiosi in cellis suis.

Secundò, in templo, Ecclesia ^{Temo}
 & choro, in quo in sacra scriptura ^{plum}
 iubentur in primis tacere mulieres ^{quoq;}

1. Cor. 14. 34. 35. 36. 1. Tim. 22. 11.
 vt suprà docuimus cap. 35. num. 1.
 Et religiosi vt cap. 46. num. 1. De-
 mum omnis terra. Hinc Habac. 2.
 20. Dominus in templo sancto suo, si-
 leat à facie eius omnis terra, & ma-
 ximè os hæreticorum, qui negant
 eum ibi esse in sanctissimo sacra-
 mento, & vt adoretur, cum D.
 Paulus Heb. 1. 5. Christi Domini
 mentionem faciens & de cœlesti
 eius patre loquens, dicat, Ego ero il-
 li in Patrem & ipse erit mihi in fi-
 lium. Et cum iterum introducit pri-
 mogenitum in orbem terra, dicit. Psal.
 96. 8. Et adorant eum omnes angeli
 argeli Dei. Vide etiam quæ ex Cas-

fiano adduximus capit. 34. num. 1.

In cœna
lo.

Tertiò, huc refertur quòd in cœlo cùm Apoc. 8. 1. angelus aperuisset septimum sigillum, factum sit silentium per mediæ horæ spacium.

Quartò, ex sententia D. Hieronymi in dormitorio, cœnaculo, & clauastro monasterij, vt ostendimus capit. 36. num. 1. ex eodem doctore.

CAPVT XLIX.

In mensa, conuiujs publicis, & medio senum, & insensatorum habendam taciturnitatis rationem.

Lector
mensæ

QVintò, in mensa id seruandû, cuius & mentio fit apud D. Hieronymum, in loco citato. Cui adde D. Benedictum in cap. 38. regulæ suæ, cùm enim ostendisset lectionem sacram mensæ adhibendam à lectore, inquit. Summumq; fiat silentium ad mensam, & nullius mussitatio, vel vox nisi